

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA

KUL

V-10326/1892
V-10326A

Biblioteka Uniwersytecka KUL



1001441844

Q
-
V-10326/1892

1892

DIRECTORIUM

ABBATIÆ AD S. THOMAM

VETEROBRUNÆ

ORDINIS EREMITARUM S. P. AUGUSTINI.

ANNO DOMINI

MDCCCXCII.

BRUNÆ.

EX TYPOGRAPHIA PONTIF. BENEDICTINORUM RAJHRADIENSIVM.

SUMPTIBUS ABBATIÆ.



V-10326

Bibl. Jag.
1954 D

ANNUS DOMINI MDCCCXCII.

Festa Mobilia:

| | | | |
|--------------------------|-----------|------------------------------|----------|
| Septuagesima | 14. Febr. | Pentecost. | 5. Jun. |
| Dies Cinerum | 2. Mart. | Corp. Christi | 16. Jun. |
| Pascha Domini | 17. Apr. | Dominicae post Pent. | 24. |
| Ascens. Domini | 26. Maj. | Dom. I. Advent. | 27. Nov. |

Quatuor Tempora:

| | | | |
|--------------------|------------------|--------------------|-------------------|
| 1. Vernal. | 9. 11. 12. Mart. | 3. Autumn. | 21. 23. 24. Sept. |
| 2. Aestiv. | 8. 10. 11. Jun. | 4. Hiem. | 14. 16. 17. Dec. |

Pertinentia:

| | | | |
|----------------------------|-----|---------------------------|----|
| Lit. Dominicalis | CB. | Indictio Romana | 5. |
| Aureus Numerus | 12. | Litera Martyrol. | a. |
| Epacta | I. | | |

Abbreviatura:

M. S. = Meruit supremos.

Notanda.

(E Decretis S. Rituum Congregationis et ex Rubricis.)

1. In Dominicis, Festis fori et in festis abrogatis obligatur Curatus Parochiae Missae Sacrificium pro Parochianis offerre.

2. Missae de Requiem in colore nigro, nisi sint cantatae vel praesente corpore, prohibentur in festis duplicibus etiam minoribus.

3. Oratio tertia ad libitum in Missa eligenda, etiam tunc non omittitur, quando ex jussu Summi Pontificis vel Episcopi aliqua specialis oratio pro publica necessitate apponenda est.

4. Oratio imperata: Deus refugium etc. dici nequit in festis 1. et 2. Cl. in missis solemnibus votivis pro re gravi, in Vigil. Nativ. Dom. et Pentec., in Dom. Palmarum, fer. 5. in Coena Dom. et Sabb. Sancto.

5. In festis duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi alia commemoratio fieri debeat; ideo Celebranti non licet proprio

arbitrio aliam addere. In Missa vero privata de festo semid., vel de die infr. Oct. potest in penultimo loco dici Collecta pro particulari defuncto; sed ob id non est omittenda una ex Collectis pro tempore assignatis.

6. Sacerdos stans incensum ponit et thuribulo et genibus flexis thurificat triplici tantum ductu SS. Sacramentum, cum profunda capitis inclinatione tam ante quam post incensationem. S. R. C. 26. Mart. 1859. Celebrans thurificans altare, in quo est tabernaculum cum SS. Sacramento, genuflectit, antequam incensationem incipit, et quotiescumque transit ante medium altaris, etiamsi non sit expositum SS. Sacramentum. Rit. celebr. miss. tit. IV.

7. Ad verba: Domine non sum dignus etc., sacerdos se non vertat ad populum, sed inclinans stat versus aram, et pectus ter percutiat. Juxta Rubr. Miss. tit. X. n. 4.

8. Communio fidelium infra missam fit sumpto SS. Sanguine, qua peracta demum vinum pro purificatione infundi debet. Canon miss. et Rit. celebr. miss. tit. X. n. 6.

9. Ex decreto generali S. R. C. 27. Junii 1868 potest in missis defunctorum, cum paramentis nigris, sacra Communio fidelibus ministrari; similiter etiam immediate post Missam; omittenda tamen est benedictio cum SS. Sacramento.

10. In festo Sancti, cujus nomen occurrit in Canone Missae, quum Sanctus iste nominatur, fit inclinatio capitis; similiter, quando in Missa regnans Papa nominatur.

11. In Orat. „A cunctis“ adjiciatur semper post invocationem B. Mariae V. et ante quoscunque alios Patronos, exceptis Ss. Angelis et S. Joanne Bapt. comm. S. Joseph verbis: „cum beato Joseph.“

12. Diebus dominicis per annum dicenda est in Missa Praefatio de SS. Trinitate, nisi aliter notetur.

13. Festa dupl. min. (exceptis illis SS. Eccl. Doctorum) et festa semidupl., si occurru Dominicae vel Majoris festi seu Officii quomodocunque impediuntur, non transferuntur, sed ipso die, quo cadunt, de iis fit in utrisque Vesp. et Laud. commemoratio, cum 9. Lect. hist. (sive una ex 2 aut 3), si tamen haec eo die fieri possint; secus hujus modi festa dupl. et semid. eo anno penitus omittuntur. Vigore Lit. apost. de die 28. Julii 1882.

14. Quoad conformitatem Missae cum officio Ecclesiae, in qua celebratur, valent haec:

Ordo servandus in celebrandis Missis votivis.

| Missa votiva | Color | Missa | Gloria | Orationes | Credo | Praefatio | In fine |
|---------------------------------------|---------|-----------------------------|---------------------|--|---------|--------------|------------------------------------|
| SS. Trinit. | Albus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Propr. | Benedic. Domino. |
| Spir. Sancti | Rubeus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Propr. | Benedic. Domino. |
| SS. Sacram. | Albus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | De Nativit. | Benedic. Domino. |
| Passion. | Violac. | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | De Cruce | Benedic. Domino. |
| SS. Crucis | Rubeus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | De Cruce | Benedic. Domino. |
| B. M. V. | Albus | Propr. | Omitt. nisi in Sab. | 2. d. curr. 3. de Spir. nisi adsit d. curr. S. (a) | Omitt. | Propr. | Ben. Dom. In Sabb : Ite Missa est. |
| Angelor. | Albus | Propr. | Dicitur | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Ite Missa est. |
| Apostol. | Rubeus | Propr. | Omitt. | 2. diei curr. 3. de Beata (c) | Omitt. | De Apostol. | Benedic. Domino. |
| Mart. | Rubeus | Propr. vel de Commun. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Conf. P. et n. P. | Albus | Propr. vel de Commun. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Virgin. et Viduar. | Albus | Propr. vel de Commun. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Pro elig. Summo Pf. | Rubeus | Propr. vel de Spir. S. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | De Spirit. S | Benedic. Domino. |
| Pro Coron. Pap. et Anniv. Cons. Eppi. | Albus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Dicitur | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Ad tollend. Schisma usq. pro Peregr. | Viol. | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Pro Sponsis | Albus | Propr. | Omitt. | 2. et 3. diei curr. | Omitt. | Commun. (b) | Benedic. Domino. |
| Pro Defunct. | Niger | una ex prim. vel Quotidian. | Omitt. | unica vel plur. ut in Missal. | Omitt. | Commun. | Requiescant in pace. |

(a) In Sabb., quando de ea factum est Officium, 2. de Spir. S. 3. Eccl. vel pro Papa.

(b) Vel de Octava vel de Tempore.

(c) 3. Or. Concede nos famulos, si in Missa diei dicitur Or. A cunctis.

N. B. In fine dicitur semper Evang. S. Joannis: In principio etc.

Officia Votiva per annum ritu Semiduplici pro singulis hebdomadae Feriis, a Summo Pontifice Leone XIII. per Decretum **Urbis et Orbis** Sacrorum Rituum Congregationis die 5. Julii 1883 generali Indulto concessa, persolvi possunt, juxta idem Indultum, loco Officiorum Ferialium occurrentium, quocumque anni tempore; exceptis Feria IV. Cinerum, Feriis totius temporis Passionis, ac Sacri adventus a die 17. ad 24. Decembris inclusive. Habent juxta Rubricas, prout alia Festa Semiduplicia novem Lectionum, tum Commemorationes Feriae et Festi Simplicis occurrentis, tum nonam Lectionem de Homilia super Evangelium ejusdem Feriae, aut de Sancto. Adduntur Commemorationes communes, seu Suffragia Sanctorum, ut in Psalterio, si facienda sint: omissa Commemoratione ejus, de quo fit officium Votivum. Si die praecedenti aut sequenti occurrat officium aliud quodcumque novem Lectionum, Vesperae officii Votivi currentis ordinandae erunt juxta Rubricam de *Concurrentia Officii*.

Dies

Feria

Januarius, 31 dierum.

*Evang. Festi: Postquam consummati sunt.
Luc. 2. (21.)*

1. 6. **Circumcisio D. N. J. Chr.,** dupl. 2.
Cl. c. a. *Offic. Parochi. Lect. suo loco.*
Gl. Cr. *Praef. et Comm. de Nat. Dom.*
In 2. Vesp. com. seq. Orat. propr.
2. S. Octava S. Stephani Proto-Mart., dupl. c.
r. *Lect. suo loco.* com. 1. Oct. S. Jo-
annis Ap. 2. Oct. SS. Innocent. Mm.
Gl. Cr. *Praef. de Nat. Dom.* sine Comm.
Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec.
2. Oct. SS. Innoc. Mm.

*Angelus Domini apparuit. Matth. 2.
(19.—23.)*

3. D. *Dom. vacat.* Octava S. Joannis Ap. et
Evang. dupl. c. a. *Lect. suo loco.* com.
Oct. SS. Innoc. Mm. Gl. Cr. *Praef. de*
Apost. In 2. Vesp. com. seq.
4. 2. Octava SS. Innce. Mm. dupl. c. r. *Lect.*
suo loco. Resp. 8. *cum Gloria Patri.*

| Dies | Feria |
|------|-------|
|------|-------|

Te Deum. In Missa Gl. sine Cr. Graduale cum Alleluja. et seq. V. sine Tractu. Praef. de Nat. Dom. sine Comm. Ite Missa est. In 2. Vesp. com. 1. Vigil. seq. 2. S. Telesphori P. M.

5. 3. Vigil. Epiph. Dom. sine Jej. de ea, semid. c. a. Offic. ut in Circumcisione Dom. praeter Lect. et propr. com. S. Telesphori P. M. — *Non dicuntur Suffr. SS. nec Preces ad Primam.* Missa propr. Gl. sine Cr. 3. Or. Deus qui salutis. Praef. de Nat. Dom. sine Comm. Benedictio aquae. Offic. Sacr. — Vesp. de seq. sine com. Hymni ejusdem metri termin.: *Jesu tibi sit . . . Qui apparuisti Gentibus . . . per tot. Oct., per quam, sicut et hodie vetant.* Missae vot. et de Req. Ad mensam: *In coena Vig. et per tot. Oct.: Reges Tharsis etc.*

Evang. Festi: Cum natus esset Jesus.
Matth. 2. (1.—12.)

6. 4. **Epiphania D. N. J. Chr.,** dupl. 1. Cl. cum Oct. c. a. Offic. Paroch. Matut. sine Domine labia. invit. et Hymn. Lect. suo loco. Ad Primam: *Qui appar. hodie per tot. Oct. Gl. Cr. Praef. et Comm. propr. per tot. Oct. Vesp. 2.*
7. 5. De 2. die infra Oct. Epiph., semid. c. a. Offic. ut heri, sed dic.: Dom. lab. Invit.

| Dies | Feria | |
|---|-------|--|
| | | et hymn. <i>Lect. suo loco.</i> Resp. 1. <i>Tria sunt.</i> Ant. ad Ben. et Mag. <i>quot. propr. per tot. Oct.</i> — Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. <i>Eecl. vel pro Papa.</i> Vesp. 2. |
| | | Hodie mane aperiuntur Nuptiae. |
| 8. | 6. | De 3. die infra Oct. Epiph. semid. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> R. 1. <i>Tria sunt.</i> Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. <i>Eecl. vel pro Papa.</i> Vesp. 2. |
| 9. | S. | De 4. die infra Oct. Epiph. semid. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> R. 1. <i>Tria sunt.</i> Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. <i>Eecl. vel pro Papa.</i> Vesp. 2. a cap. de seq. com. Oct. Epiph. Ant.: Interrogabat. Vers.: Adorate. |
| <hr/> <i>Cum factus esset Jesus annorum duodecim.</i> <i>Luc. 2. (42.—52.)</i> <hr/> | | |
| 10. | D. | Dom. infr. Octav. et 1. post Epiph., de ea, semid. c. a. <i>Offic. ut in Epiph. Dom. Lect. 1. Noct. Init. Epist. 1. ad Corinth. ex Dom. 1. post Epiph., de qua hac hebd. legitur.</i> R. 1. <i>Hodie in Jordane . . . Lect. 2. et 3. Noct. ex Dom. infra Oct. com.</i> Oct. Epiph. Missa propria. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. 1: Oct. Epiph. 2, S. Hygini P. M. |
| 11. | 2. | De 5. die infra Oct. Epiph. semid. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Resp. I. <i>Tria</i> |

| Dies | Feria | |
|------|-------|---|
| | | sunt. Gl. Cr. com. S. Hygini P. 3. Or. Deus, qui salutis. Vesp. 2. |
| 12. | 3. | De 6. die infra Oct. Epiph. semid. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occur.</i> Resp. 1. Tria sunt. Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis 3. Eccl. vel pro Papa. Vesp. de seq. ut in 1. Vesp. festi. Orat. propr. |
| 13. | 4. | Octava Epiph. D. N. J. Chr. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de Epist. 1. ad Cor. ex fer. curr. B. 1. Hodie in Jordane.</i> Missa propr. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. 1. seq. <i>Ant. O Doctor.</i> 2. S. Felicis Presb. M. |
| 14. | 5. | S. Hilarii Ep. C. et Doct., dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Ad Lect. VI. addit. <i>ex propr. dioec.</i> 9. Lect. et com. S. Felicis Presb. M. Missa <i>de Comm. Doct.</i> Gl. Cr. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. S. Mauri Abb. |
| | | Anniversarium pro def. RR. Abbate Gregorio. Obiit 6. Jan. 1884. Offic. Sacristae. |
| 15. | 6. | S. Pauli I. Erem., dupl. c. a. M. S. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. S. Mauri Abb. Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. seq. |
| 16. | S. | S. Marcelli Papae et M. semid. c. r. Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. <i>Ab hac die dicuntur Suffrag. SS. usque ad Dom. Pass. excl., except. dupl.</i> |

Dies

Feria

et infra Oct. Vesp. de seq. com. 1. S. Antonii Abb. 2. Dom. In Hymn.: Jesu tibi sit.

*Evang. Dom.: Nuptiae factae sunt.
Joann. 2. (1.—11.)*

*Evang. Festi: Postquam consummati sunt.
Luc. 2. 21.*

17. D. Dom. II. post Epiph. **Festum SS. Nominis Jesu**, dupl. 2. Cl. c. a. *Offic. Par. Lect. suo loco. com. 1. S. Antonii Abb. 2. Dom. cum 9. Lect. Ad Prim. Qui natus es. Gl. Cr. Praef. de Nativ. Dom. sine Comm. In fine Ev. Dom. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Pauli 3. S. Antonii Abb. 4. Dom.*

Omnes utriusque sexus Christi fideles vere poenitentes et confessi ac Sacra Communione refecti, qui in festivitate Ss. Nominis Jesu vel in uno ex septem diebus continuis immediate subsequentibus cujusque fidelium arbitrio sibi eligendo singulis annis in aliqua ex Ecclesiis existentibus in Statibus hereditarii Augustissimae Domus Austriacae Missae solemni aut etiam Missae privatae devote adfuerint et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prae-

| Dies | Feria | |
|------|-------|---|
| | | <i>fatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem lucrantur, quam etiam animabus Christi fidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint. (Breve Apost. Pii PP. IX. de 2. Martii 1866.)</i> |
| 18. | 2. | Cathedra S. Petri Ap. Romae. dupl. maj. c. a. Lect. suo loco. com. 1. S. Pauli Ap. 2. S. Priscae V. M. cum 9. Lect. Gl. Cr. <i>Praef. de Apost.</i> In 2. Vesp. com. 1. S. Pauli Ap. 2. seq. 3. SS. Marii et Soc. Mm. |
| 19. | 3. | S. Fulgentii Ep. et C. O. N. dupl. maj. c. a. M. S. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. SS. Marii et Soc. Mm. Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. seq. |
| 20. | 4. | SS. Fabiani et Sebastiani Mm. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. Init. Epist. 2. ad Cor. ex Dom. 2. p. Epiph.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. com. praec. |
| 21. | 5. | S. Agnetis V. M. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. de Comm. Virg. 2. loco.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. com. praec. |
| 22. | 6. | SS. Vincentii et Anastasii Mm. dupl. c. r. Lect. 1. Noct. <i>de scr. occ.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. Vesp. de seq. com. 1. S. Joseph. 2. praec. 3. S. Emerentianae V. M. <i>In Hymno: Jesu tibi sit . . .</i> |

| Dies | Feria | |
|---|-------|--|
| 23. | S. | Desponsatio B. M. V. dupl. maj. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Joseph. 2. S. Emerentianae V. M. cum 9. <i>Lect. Ad Prim.</i> Qui natus es. Gl. Cr. <i>Praef. Et te in Despons.</i> In 2. Vesp. com. 1. S. Joseph. 2. seq. 3. Dom. |
| <i>Cum descendisset Jesus, Matth. 8. (1.—13.)</i> | | |
| 24. | D. | Dom. III. post Epiph. S. Timothei Ep. M. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. Init. Ep. ad Galat. ex Dom. 3. p. Epiph. 9. Lect. et com. Dom. Gl. Cr. In fine Evang. Dom. Vesp. de seq. com. 1. S. Petri Ap. 2. praec. 3. Dom.</i> |
| 25. | 2. | Conversio S. Pauli Ap. dupl. maj. c. a. <i>Lect. suo loco. com. S. Petri Ap. Gl. Cr. Praef. de Apost. In 2. Vesp. com. 1. S. Petri Ap. 2. seq.</i> |
| 26. | 3. | S. Polycarpi Ep. M. dupl. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. sine Cr. Vesp. a cap. de seq. Ant. O Doctor. com. praec.</i> |
| 27. | 4. | S. Joannis Chrysostomi Ep. C. et Doct. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. S. Agnetis V. M. secundo.</i> |
| 28. | 5. | B. Veronicæ de Binasco V. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. 9. Lect. et com. S. Agnetis V. M. secundo. Gl. sine Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. Ant. O Doctor. com. praec.</i> |

| Dies | Feria | |
|------|-------|---|
| 29. | 6. | S. Francisci Sales. Ep. C. et Doct. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct.:</i> Sapientiam. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. seq. |
| 30. | S. | S. Martinae V. M. semid. c. r. <i>Hymn. propr.</i> ad Matut. et Laud. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. v. pro Papa. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. Dom. |

Ascendente Jesu. Matth. 8. (23.—27.)

| | | |
|-----|----|--|
| 31. | D. | Dom. IV. post Epiph. S. Petri Nolasco C. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> 9. Lect. et com. Dom. Gl. Cr. In fine Evang. Dom. Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Dom. |
|-----|----|--|

Offic. Def. ritu dupl. pro Def. Patr. Matr. Fratr. et Soror. O. N.

Februarius, 29 dierum.

| | | |
|----|----|---|
| 1. | 2. | S. Ignatii Ep. M. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. Vesp. de seq. com. praec. <i>In Hymn.:</i> <i>Jesu tibi sit.</i> |
|----|----|---|

Annivers. def. Patrum etc. O. N. Cant. Req. Offic. Sacristae.

| Dies | Feria |
|------|-------|
|------|-------|

*Postquam impleti sunt dies. Luc. 2.
(22.—32.)*

- | | | |
|----|----|---|
| 2. | 3. | Purificatio B. M. V. dupl. 2. Cl. c. a. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco. Ad Prim: Qui natus es. Gl. Cr. Praef. de Nat. Dom. sine Communic. — Ad Bened. Cand. et Proc. c. viol. — In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Blasii Ep. M. — Post Complet. et deinceps Ant.: Ave Regina et quidem diebus Dominicis a 1. Vesp. incipiendo stando, reliquis vero diebus flectendo.</i> |
| 3. | 4. | B. Simonis de Cassia C. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de fer. 3. hujus hebd. 9. Lect. et com. S. Blasii Ep. M. Gl. sine Cr. Vesp. a cap. de seq. com. praec. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. B. Simonis.</i> |
| 4. | 5. | S. Andreae Corsini Ep. C. dupl. c. a. <i>M. S. Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. sine Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. com. praec.</i> |
| 5. | 6. | S. Agathae V. M. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. de comm. Virg. 2. loco. Gl. sine Cr. Vesp. de seq. Hymn. propr. com. 1. praec. 2. S. Dorotheae V. M.</i> |
| 6. | S. | B. Antonii de Amandula C. O. N. dupl. maj. c. a. <i>Hymn. proprii. Lect. 1. Noct. de scr. occ. 9. Lect. et com. S. Dorotheae V. M. Gl. sine Cr. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. Dom.</i> |

| Dies | Feria | |
|------|-------|--|
| | | <i>Dixit Jesus turbis. Matth. 13. (24.—30.)</i> |
| 7. | D. | Dom. V. post Epiph. S. Romualdi Abb. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. 9. Lect. et com. Dom. Gl. Cr. In fine Evang. Dom. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Dom.</i> |
| 8. | 2. | S. Joannis de Matha C. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. sine Cr. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. S. Canuti M.</i> |
| 9. | 3. | S. Apolloniae V. M. dupl. c. r. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. 9. Lect. et com. S. Canuti M. Gl. sine Cr. Vesp. de seq. com. praec.</i> |
| 10. | 4. | S. Guilelmi C. O. N. dupl. 2. Cl. cum Oct. c. a. <i>Offic. Prioris. Lect. suo loco. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. seq.</i> |
| 11. | 5. | S. Scholasticae V. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. com. Oct. Gl. Cr. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Oct.</i> |
| 12. | 6. | B. Christinae ab Aquila V. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. De virginibus. com. Oct. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. Oct.</i> |
| 13. | S. | De 4. die infra Oct. S. Guilelmi, semid. c. a. <i>Lect. 1. Noct. I. Init. Ep. ad Philem. II. et III. Ep. ad Hebr. e Dom. VI. p. Epiph. 9. Lect. et com. Dom. VI. p. Epiph. Gl. Cr. 3. Or. A cunctis. In fine Evang. Dom. Vesp. a cap. de seq. com. 1. Oct. 2. B. Christinae V. 3. S. Valentini Presb. M.</i> |

| Dies | Feria | |
|--------|---|--|
| | | <p><i>Ad Benedicamus Domino add. dupl. Alleluja. Et deinceps non dicitur Alleluja usque ad Sabb. Sanctum, sed post Deus in adjut. dic. Laus tibi Domine...</i></p> <hr/> <p><i>Simile est regnum coelorum homini patri-familias. Matth. 20. (1.—16.)</i></p> <hr/> |
| 14. D. | Dom. Septuages. | <p>2. Cl. de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. B. Christinae V. sine Lect. 2. Oct. 3. S. Valentini M Hymn.: Te Deum <i>non dicitur.</i> Ad Laudes et per Horas Ant. propr. Ad Prim. loco. Ps. Confitemini dicitur Ps. <i>Dominus regnavit</i> et Symbolum: <i>Quicumque.</i> Cr. sine Gl. In 2. Vesp. com. 1. B. Christinae V. 2. Oct. 3. SS. Faustini et Jovitae Mm.</p> |
| 15. 2. | De 6. die infra Oct. | <p>semid. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> 9. Lect. et com. SS. Faustini et Jovitae Mm. Gl. Cr. 3. Or. A cunctis. Vesp. de seq. com. Oct.</p> |
| 16. 3. | Orationis D. N. J. Chr. in Monte Oliveti, | <p>dubl, maj. c. r. <i>Lect. suo loco,</i> com. Oct. Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> In 2. Vesp. com. Oct.</p> |
| 17. 4. | Octava S. Guilelmi C. O. N., | <p>dubl. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> Gl. Cr. Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. S. Simeonis Ep. M.</p> |
| 18. 5. | B. Christianae Oringae V. O. N., | <p>dubl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> 9. Lect.</p> |

| Dies | Feria | |
|---|-------|---|
| | | et com. S. Simeonis Ep. M. Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. seq. |
| 19. | 6. | S. Raymundi de Pennafort C., semid. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. A cunctis. 3. ad libitum. Vesp. de seq. com. praec. |
| 20. | S. | B. Cherubini Ab. Aviliana Sac. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. Dom. Annivers. Election. SS. Patris N. Leonis XIII. P. M., ob quam causam addenda est in Miss. Collecta : Deus omnium fidelium. |
| <hr/> <i>Cum turba plurima convenirent. Luc. 8.</i> (4.—15.) <hr/> | | |
| 21. | D. | Dom. Sexages. 2. Cl., de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco, Reliqua ut Dom. Septuages.</i> Cr. <i>sine</i> Gl. 2. Or. A cunctis. 3. ad libitum. Vesp. de seq. com. 1. S. Pauli Ap. 2. Dom. |
| 22. | 2. | In Cathedra S. Petri Antiochiae, dupl. maj. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> com. S. Pauli Ap. Gl. Cr. <i>Praef. de Apost.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Pauli Ap. |
| 23. | 3. | Commemoratio SS. Passionis D. N. J. Chr., dupl. maj. c. r. <i>Lect. suo loco, Ad Prim. : Qui pro nobis pati dignatus es.</i> Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> In 2. Vesp. com. seq. Ant. : <i>O Doctor.</i> |
| 24. | 4. | <i>Vigil. S. Mathiae Apost. sine Jejun.</i> S. Petri Damiani Ep. C. Doct., dupl. c. a. |

| Dies | Feria | |
|--|-------|---|
| | | M. S. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. 9. Lect. et com. Vigil. Gl. Cr. In fine Evang. Vig. Vesp. de seq. com. praec.</i> |
| 25. | 5. | S. Mathiae Apost., <i>Applic. Miss. pro populo dupl. 2. Cl. c. r. Lect. suo loco. Gl. Cr. Praef. de Apost. In 2. Vesp. com. seq.</i> |
| 26. | 6. | B. Juliae a Certaldo V. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. Gl. sine Cr. In 2. Vesp. com. seq.</i> |
| 27. | S. | S. Margaritae Cortonens. Poenit., semid. c. a. <i>Lect. 1. Noct. de scr. occ. Ad Benedict.: Ut cognovit. Gl. sine Cr. 2. Or. A cunctis. 3. ad libitum. Vesp. 2. a cap. de seq. com. praec. Ant.: Ego dilecto.</i> |
| <hr/> | | |
| <i>Assumpsit Jesus duodecim. Luc. 18.</i> (31.—43.) | | |
| <hr/> | | |
| 28. | D. | Dom. Quinquages. 2. Cl., de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco. Cr. sine Gl. 2. Or. A cunctis. 3. ad libitum. Vesp. de seq. com. Dom.</i> |
| 29. | 2. | Translatio II. S. P. N. Augustini Ep. C. Doct., dupl. c. a. <i>Lect. suo loco. Hymn. propr. Gl. Cr. Praef. de S. P. N. Augustino. Vesp. 2. a cap. de seq. com. praec.</i> |

| Dies | Feria |
|------|-------|
|------|-------|

Martius, 31 dierum.

1. 3. OO. SS., quorum Reliquiae in Eccles. univ. O. N. asservantur et venerantur, dupl. c. r. *Lect. 1. Noct. de ser. occ. Gl. sine Cr. Vesp. 2.*

Hodie sero clauduntur Nuptiae.

2. 4. **Dies Cinerum**, de ea, c. viol. Benedictio et Impositio Cinerum. — *Psalmi gradual., Preces fer., quae tempore Quadrages., quando Offic. fit de tempore, dicuntur ad omnes horas et flexis genibus in Choro.* — Missa sine Gl. et sine Cr. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. *Praef. Quadragesim. usque ad Dom. Passion. exclusive, nisi aliter notetur. Hodie vetantur Miss. votiv. et de Requiem. Incipit Jejunium quadragesim., quod servatur quotidie exceptis Domin.* — Vesp. de seq. com. fer. Ant. ad Magnif. propr.

Hodie incipit tempus Communionis paschalis.

3. 5. B. Nicolai Alberg. Ep. C. Protect. O. N., dupl. c. a. M. S. *Lect. 1. Noct.: Fidelis sermo. 9. Lect. et com. fer. Ant. ad Benedict. et ad Magnific. quotidie propr. Gl. sine Cr. In fine Evang. fer. Vesp.*

| Dies | Feria |
|------|-------|
|------|-------|

de seq. com. 1. praec. 2. fer. 3. S. Casimiri C. 4. S. Lucii Pap. M.

Annivers. Coronat. SS. Patris N. Leonis XIII. P. M.,
ob quam causam addenda est in Missa Collecta. Deus
omnium fidelium.

4. 6. SS. Spineae Coronae D. N. J. Chr., dupl.
maj. c. r. *Lect. suo loco.* 9. Lect. et
com. 1. fer. 2. S. Casimiri C. 3. S.
Lucii Pap. M. Gl. Cr. *Praef. de Cruce.*
In fine Evang. fer. In 2. Vesp. com.
1. seq. 2. fer. 3. S. Casimiri C.

5. S. B. Hieronymi de Recineto C. O. N. dupl.
c. a. *Lect. 1. Noct.: Justus.* 9. Lect.
et com. fer. Gl. *sine Cr.* *In fine Evang.*
fer. In 2. Vesp. com. Dom.

Hodie et per tot. Quadrages. dicuntur Vesp. ante
merid. exceptis Domin.

Ductus est Jesus in desertum. Matth. 4.
(1.—11.)

6. D. **Dom. I. Quadrages.** Invocabit. 1. Cl.
de ea, semid. c. viol. *Lect. suo loco.*
Cr. *sine Gl.* 2. Or. A cunctis. 3. Omni-
potens. Vesp. de seq. *Ant. in utrisque:*
O Doctor. com. 1. Dom. 2. SS. Per-
petuae et Felicitatis Mm. *Ant.: Ista-*
rum est.

7. 2. S. Thomae de Aquino C. et Eccl. Doct.,
dupl. c. a. *Lect. 1. Noct.: Sapientiam.*

| Dies | Feria | |
|------|-------|--|
| | | 9. Lect. et com. 1. fer. 2. SS. Perpetuae et Felicitatis Mm. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |
| 8. | 3. | S. Joannis de Deo C., dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Beatus vir.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |
| 9. | 4. | <i>Quat. Temp. Jejunium.</i> S. Franciscae Rom. Vid., dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Mulierem fortem.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. |
| 10. | 5. | SS. Quadraginta Mm., semid. c. r. <i>Lect. 1. Noct.: Fratres debitores.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. 3. Or. A cunctis. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer. <i>In Hymn.: Clavis forato et Lancea.</i> |
| 11. | 6. | <i>Quat. Temp. Jejunium.</i> Lanceae et Clavorum D. N. J. Chr., dupl. maj. c. r. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. <i>Ad Prim.: Qui vulneratus es pro nobis.</i> Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. <i>Ant.: O Doctor.</i> 2. fer. |
| 12. | S. | <i>Quat. Temp. Jejunium.</i> S. Gregorii I. Pap. C. Doct., dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Sapientiam.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. |

| Dies | Feria | |
|------|-------|--|
| | | Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. seq. Dom. |
| | | <i>Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum. Matth. 17. (1.—9.)</i> |
| 13. | D. | Dom. II. Quadrages. Reminiscere; 2. Cl. de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco.</i> Cr. <i>sine</i> Gl. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. Vesp. de seq. <i>Ant. O Doctor.</i> com. Dom. |
| 14. | 2. | S. Cyrilli Ep. Alex. C. et Doct. <i>fuit die 9. Febr. M. S. c. a.</i> <i>Lect. 1. Noct.: Sapientiam.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |
| 15. | 3. | B. Clementis Mariae Hofbauer C. dupl. maj. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Beatus vir.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |
| 16. | 4. | Puritatis B. M. V. dupl. maj. c. a. (<i>fuit 11. Mart.</i>) <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>Praef.: Et te in festiv.</i> <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. |
| 17. | 5. | S. Patritii Ep. C. O. N., dupl. maj. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Sic nos existimet de com. Apost.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |

| Dies | Feria | |
|--|-------|--|
| 18. | 6. | SS. Sindonis D. N. J. Chr., dupl. maj. c. r. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce. In fine Evang. fer. Vesp. de seq. com. fer.</i> |
| 19. | S. | <i>Applic. Miss. pro populo. S. Joseph C.,</i> Sponsi B. M. N. Patron. tot. Eccles. et O. N., dupl. 1. Cl. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer. In 2. Vesp. com. 1. Dom. 2. BB. Evangelistae et Peregrini SS. CC. O. N.</i> |
| <i>Erat Jesus ejiciens daemonium. Luc. 11. (14.—28.)</i> | | |
| 20. | D. | Dom. III. Quadrages. Oculi. 2. Cl. de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco.</i> com. BB. Evangelistae et Peregrini SS. CC. O. N. Cr. <i>sine</i> Gl 3. Or. A cunctis. Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. BB. Evangelistae et Peregrini SS. CC. O. N. |
| 21. | 2. | S. Benedicti Abb. C., dupl. maj. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.</i> |
| 22. | 3. | B. Ugolini Zephyrini C. O. N. dupl. c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Beatus vir.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i> |
| 23. | 4. | S. Gabrielis Archang., dupl. 2. Cl. c. a. <i>fuit 18. Mart. Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et |

| Dies | Feria | |
|--|-------|--|
| | | com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. <i>Ant. O Doctor.</i> 2. fer. |
| 24. | 5. | S. Cyrilli Hierosolymit. Ep. C. et Doct. M. S. dupl. (<i>fuit 18. Martii.</i>) <i>Lect. 1.</i> <i>Noct. Fidelis sermo.</i> 9. <i>Lect. et com.</i> fer. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer. |
| <i>Evang. Festi: Missus est Angelus Gabriel.</i> <i>Luc. 1. (26.—38.)</i> | | |
| 25. | 6. | Annuntiatio B. M. V., <i>Offic. Paroch.</i> dupl. 2. Cl. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> 9. <i>Lect.</i> et com. fer. <i>Ad Prim.: Qui natus es.</i> Gl. Cr. <i>Praef.: Et te in Annuntiatione.</i> <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. |
| 26. | S. | SS. Quinque Vulnerum D. N. J. Chr., dupl. maj. c. r. <i>Lect. suo loco.</i> 9. <i>Lect.</i> et com. fer. Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. Dom. |
| <i>Abit Jesus trans mare Galileae. Joan. 6.</i> <i>(1.—15.)</i> | | |
| 27. | D. | Dom. IV. Quadrages. Laetare. 2. Cl. de ea, semid. c. viol. <i>Lect. suo loco.</i> Cr. <i>sine</i> Gl. 2. Or. A cunctis 3. Omnipotens. Vesp. de seq. com. Dom. |
| 28. | 2. | B. Antonii de Patritiis C. O. N. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct.: Beatus vir.</i> |

| Dies | Feria | |
|------|-------|---|
| 29. | 3. | 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine</i> Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> Vesp. 2. a cap. de seq. Ant. O Doctor. com. 1. praec. 2. fer. |
| 30. | 4. | S. Joannis Damasceni C. et Eccl. Doct. dupl. c. a. M. S. <i>Lect. 1. Noct.: Sapientiam.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. |
| 31. | 5. | De S. Joseph Sponso B. M. V. C. semid. <i>ex Offic. votiv.</i> c. a. <i>Lect. 1. Noct.: Igitur Joseph.</i> 9. Lect. et com. fer. Missa: Adjutor. Gl. <i>sine</i> Cr. 3. Or. A cunctis. Vesp. 2. com. fer. |
| 31. | 5. | De ea, c. viol. <i>Preces fer.</i> Missa <i>sine</i> Gl. <i>et sine</i> Cr. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. Vesp. de seq. com. 1. fer. 2. B. Catharinae Thomas V. |

Aprilis, 30 dierum.

1. 6. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Chr., dupl. maj. c. r. *Lect. suo loco.* 9. Lect. et com. 1. fer. 2. B. Catharinae V. *Ad Prim.: Qui tuo nos sanguine redemisti.* Gl. Cr. *Praef. de Cruce. In fine Evang. fer.* In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. 3. B. Catharinae V.
2. S. S. Francisci de Paula C., dupl. c. a. *Lect. 1. Noct.: Beatus vir.* 9. Lect. et com.

Dies

Feria

fer. Gl. *sine Cr. In fine Evang. fer. In*
 2. Vesp. com. Dom. *Cessant. Suffrag.*
Sanctor., non tamen Preces. Ante Vesp.
teguntur Cruces velo c. viol.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Joan. 8.
(46.—59.)

3. D. **Dom. Passionis**, Judica, 1. Cl. de ea,
 semid. c. viol. *Lect. suo loco. — In*
missa de tempore usque ad Sabb. Sanct.
exclus. non dicitur Psl. Judica . . . neque:
Gloria Patri . . . ad Introit. et ad Lavabo.
 Cr. *sine Gl. 2. Or. Ecclesiae vel pro*
Papa. tant. Praef. de Cruce. usque ad
Fer. V. Coenae Domini inclus., nisi aliter
notetur. — Vesp. de seq. com. Dom.
Ant.: O Doctor.
4. 2. S. Isidori Ep. C. Doct., dupl. c. a. *Lect.*
1. Noct.: Sapientiam. 9. Lect. et com.
 fer. Gl. Cr. *In fine Evang. fer. Vesp.*
 2. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.
5. 3. S. Vincentii Ferrerii C., dupl. c. a. *Lect.*
1. Noct.: Beatus vir. 9. Lect. et com.
 fer. Gl. *sine Cr. In fine Evang. fer.*
 Vesp. 2. a cap. de seq. com. 1. praec.
 2. fer.
6. 4. B. Catharinae a Pallantia V. O. N., dupl.
 c. a. *Lect. 1. Noct.: De Virginibus. 9.*
 Lect. et com. fer. Gl. *sine Cr. In fine*
Evang. fer. In 2. Vesp. com. fer.

| Dies | Feria | |
|--|-------|--|
| 7. | 5. | De ea, c. viol. <i>Preces fer.</i> Missa <i>sine Gl. et sine Cr.</i> 2. Or. Eccles. vel pro Papa tant. Vesp. de seq. com. 1. fer. 2. B. Clementis de S. Elpidio C. O. N. |
| 8. | 6. | Septem Dolorum B. M. V., dupl. maj. c. a. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. 1. fer. 2. B. Clementis. <i>Ad Prim.: Qui passus es pro homine.</i> Gl. <i>Sequentia Cr. Praef.: Et te in Transfixione. In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer. 3. B. Clementis. |
| 9. | S. | Translatio S. Matris Monicae, dupl. c. a. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine Cr. In fine Evang. fer.</i> In 2. Vesp. com. Dom. |
| <i>Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis. Matth. 21. (1.—9.)</i> | | |
| 10. | D. | Dom. Palmarum. 1. Cl. de ea, semid. c. viol. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco.</i> — <i>Benedictio Palmarum et Processio.</i> — <i>Missa propr. Or. unica. Cr. sine Gl. Passio in Missa solemni legitur a Celebrante „in latere Epist.“ ; in Missa priv. „in latere Evang.“ Sacerdos non „ante Lect. Passion“ ; sed ante „ultimam ejus partem“ dicit in medio Altaris: „Munda cor . . .“ neque „sc“ signat, neque „librum“ ; in fine osculatur librum dicens: <i>Per evangelica dicta . . . , quae etiam fer.</i></i> |

| Dies | Feria | |
|------|-------|---|
| | | <p>3. et 4. observantur, dum Passio legitur. Praef. de Cruce. Benedicamus Dom. In Missa „solemni“ ordin. Evang. S. Joannis, in Missa vero „priv.“ Evang. ex Benedictione Ramor.: Cum appropinquasset . . . — Hebdomada Sancta, infra quam et sequentem vetantur Missae votiv. et de Requiem. — Vesp. de Dom. com. B. Andreae de Monte Regali C. O. N.</p> |
| 11. | 2. | <p>De ea, c. viol. <i>Preces feriales. Ad Laudes et per Horas Antiph. propr. uti et sequentibus duabus diebus.</i> com. B. Andreae sine Lect. Missa sine Gl. et sine Cr. Vesp. fer.</p> |
| 12. | 3. | <p>De ea, c. viol. <i>Preces feriales Passio. Missa sine Gl. et sine Cr. 2. Or. Ecclesiae vel pro Papa tant.</i> Vesp. fer. com. S. Hermenegildi M.</p> |
| 13. | 4. | <p>De ea, c. viol. <i>Preces feriales Passio.</i> com. S. Hermenegildi M. sine Lect. Missa sine Gl. et sine Cr. Vesp. fer.</p> |
| | | <p>Matut. pro crastino in Ecclesia post Lytanas. Tribus seq. diebus prohibentur Miss. privatae.</p> |
| 14. | 5. | <p>Coena Domini, dupl. 1. Cl. <i>Offic. Abbatis.</i> c. a. Gl. Cr. Or. unica. <i>Praef. de Cruce. Communicantes, Hanc igitur . . . et: Qui pridie . . . propr. Evang. ultimum s. Joannis ordinar.</i> — „<i>Cruce Altaris</i>“ durante Missa „<i>tegitur velo c. a.</i>“; <i>Cruce vero „pro Processione velo c. viol.</i>“ <i>Duae in</i></p> |

Dies

Feria

Missa consecrantur Hostiae, quarum una hodie, altera cras sumitur. Hodie SSmum defertur ad locum paratum in „Pluviali c. a.“ sine manipulo. „S. Cruci“ in Ara majori fit „profunda genuflexio.“ Extinguuntur lampades usque ad Sabb., una tant. ardente coram SSm. Post Missam denudantur Altaria. Vesp. et Complet. suo loco.

Matutinum hora 4. in Ecclesia.

15. 6. **Parasceve**, dupl. 1. Cl. *Offic. Paroch. Ad Ceremonias c. nigr. — Detecta s. Cruce pro adoratione deteguntur et reliquae. Non accenduntur candelae in altari usque dum deferatur SSmum, ad quod deportandum adhibetur „Pluviale c. nigr.“ et „velum c. a.“ Eucharistia non administratur, nisi infirmis. Vesp. et Complet. ut heri.*

Matutinum hora 4. in Ecclesia.

16. S. **Sabbatum Sanct.**, dupl. 1. Cl. *Offic. Paroch. — Benedictio Ignis, Cerei pasch., Prophet.; Benedictio Bapt. et Litaniae in c. viol., Diaconus tamen portans arundinem cum tribus candelis indutus sit Dalmatica c. a. Missa propr. c. a. Psl.: Judica . . . ad Lavabo: Gloria Patri . . . Gl. sine Cr. Praef.: In hac potissimum nocte; Communicantes . . . et: Hanc igitur . . . propr. Ite Missa est*

| Dies | Feria | |
|--------|---|---|
